Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cum venissent romam lucas a ga
latia. titus a dalmatia. expectauerunt
paulum in urbe. Quos cum aduenientes paulus
uidisset letatus est ualde. & cum duxit sibi extra urbem
horreum publicum. ubi cum his & aliis fratribus de uerbo
uitę tractaret. Cepit interea colligere multi
tudinem maximam. aditiebantque per eum fidei multe
animę operante gratia dei. ita ut per totam urbem sonus predica
tionis & sanctitatis ipsius fieret. & exiret fama per uniuersam
circa regionem de illo. Iam enim admodum innotuerat ur
bi romanę signis & prodigiis. & a doctrina multa.
atque mirabili sanctitate. Concursus quoque multus de
domo cesaris fiebat ad eum. credentium in dominum ihesum
xpm. & augmentabatur cottidie fidelibus gaudium mag
num & exultatio. Sed & institutor imperatoris adeo
est illi amicitia copulatus. uidens in eo diuinam
scientiam ut se a colloquio illius uix temperare pos
set. quatinus si ore ad os illum alloqui non ualeret
frequentibus datis & acceptis epistolis ipsius dulcedi
ne & amicabili colloquio atque consilio frueretur. &
sic eius doctrina agente spiritu sancto multiplicabatur
& amabatur. ut licite iam doceret. & a multis liben
tissime audiretur. Disputabat siquidem cum ethni
cos philosophis & reuincebat eos. unde & pluri
mi eius magisterio manus dabant. Nam & scripta
illius quidam magister cesaris coram eo relegit. & in
cunctis ammirabile reddit. senatus etiam de
illo alta non mediocriter sentiebat. Quadam denique